


Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-242657-p0002-8

DFG



1763.

1. [Boehmer, Philippus Strypius]: De "rache humana".
2. Boehmerus, Philippus Strypius: Anatome ordinariae foecundatæ sed deformatæ trimestri abortu[m] elici-
3. Boehmerus, Philippus Strypius: De confluxu sanguinis cardaverum, in testore cordis atrio.
4. Hirzel, Leon Elias: De morbis melancholicis, maniacis.
5. Ueberberger de Gimborn, Th. T. G. Schreber: De fine poesia,

1764

1. Gruner, Joannes Frustarius: De origine episcoporum communiu[m] in ecclesia primitiva iudeo.
2. Hartmann, Georgius Janus: Prostorum in pignore medicis obligatio non semper liberari.
3. Meier, Georgius Bidarium: De summo gradu amoris per seum prosequi abligamus.

4^a.^c Nittelblatt, Daniel : De successione ex pacto et prori
uentia majorum et facta ultimi defuncti licet ejus
heres sit praestans non obligatus. 2 Exempl.

5^a.^c Nittelblatt, Daniel : De clericorum evangelicorum
in pensa secularia successione.

6^a.^b Westphal, Ernestus Christianus : De iustae leuis fisci-
e in prescriptionibus. 2 Exempl.

1765.

1. Parrash, Joannes Tobias : De genuino sensu ac valore
constitutionsis Prisdalei I. T. Imp.

2. Parrash, Joannes Tobias : Pacta non stricti iuris sed
bonae fisci esse eructus.

3. Nittelblatt, Daniel : De eo, qui de jure deportaverit,
hanc iniq'uo.

4. Nitzki, Araneus : Dissertationis academicis, expounen-
tiorum hydrocephali in abdomen cum flatulentia
et mola complicati casum gaudentem notabilem.

5. Voerst, Johannes Augustus: De justificatione per fidem
in termum Christum e Pauli epistola ad Romanos.

1766.

1. Hauser, Carolus Romulus: De statu reipublicae Germanicae sub Ottone primo.

2. Nittelblatt, Daniel: De habito urbium et campbelliarum
secundum ius publicum universale.

3. Schreber, Gottlob Benedictus: To sive De evan. et Vic.
potest. P. I.

4. Segner, Iwanus Andreus: De nonnullis, quae per-
tinent ad logicam probabilium

5. Vogel, Georg J. Horvum: Observaciones criticæ
in varia questione actiones Pollicis Ebrii scripti
bibliotecae Matomicae Helmenses.

1767.

1. Larey, Iwanus Tabias: Programmate juriðico.

1. Schreber, Gottlob Benedictus: Super probatolis sacris
sententias accepimus Istitutionis fabularum expoundens.

16. Stiebelz, Joannes Fredericus: Dissertatio philologica
qua crustatis manu ab Israelitis Canaan
victoribus abstrigitur.

2. Stiebelz, Joannes Fredericus: De conscientia errorum

6 1762
18 =

MEDITATIONES PHILOSOPHICAE
DE
CRITERIIS VERITATVM.

QVAS
PRAESENTE
VIRO EXCELLENTISSIMO AMPLISSIMO
ATQVE DOCTISSIMO

IOANNE CHRISTIANO FOERSTER

PHILOSOPH. PROF. PVBL.
FAVTORE AC PRAECEPTORE SVO
OMNI HONORIS PIETATISQUE CVLTV.
AETERNUM DEVENERANDO

IN REGIA FRIDERICIANA
DIE OCTOB. C¹⁷62
H. L. Q. C.

PUBLICO ERVDITORVM EXAMINI SVBMITTET

AVCTOR
CAROLVS IOANNES REINHARDVS ROLLE
NASSOICO-SARAEPONTANVS
S. S. TH. CVLTOR.



HALAE MAGDEBURGICAE,
LITTERIS HENDELIANIS.

VIRO
ILLVSTRI, CONSVLTISSIMO, DOCTISSIMO
FRIDERICO GUILIELMO
LAVTZ

SERENISSIMI PRINCIPIS NASSOICO-SARAEPONTANI
A CONSILIIS INTIMIS
EIVSDEMQUE SUPREMI REGIMINIS
DIRECTORI
ET
REVM ECCLESIASTICARVM AC CIVILIVM
PRAESIDI

A V V N C V L O S V O.

VIRO
SVMME VENERABILI, EXCELLENTISSIMO
DOCTISSIMO

REINHARDO HENRICO ROLLIO

THEOLOGIAE DOCTORI
ET PROFESSORI PVBLICO ORDINARIO
IN
ALMA, QVAE GIESSAE EST, LUDOVICIANA
FACVLTATIS EIVSDEM SENIORI
DIOCESEOS ALSFELDENSI ET MARBURGENSIS
SUPERINTENDENTI
NEC NON
GIESSENSIS CONSISTORII ADSESSORI

P A T R V O S V O.

VIRO
SVMME VENERABILI, EXCELLENTISSIMO,
DOCTISSIMO

**M. THOMAE BALTHASAR
ROLLIO**

SERENISSIMI PRINCIPIS NASSOICO - SARAEPONTANI
A CONCIONIEBUS AVLICIS
CONSISTORII CONSILIA RIO ET SUPERINTENDENTI
PER OMNEM SARAEPONTANVM PRINCIPATVM
PARENTI OPTIMO.

VIRO
SVMME REVERENDO, EXCELLENTISSIMO
AC DOCTISSIMO

M. IOANNI NICOLAO KIEFER

GYMNASII SARAEPONTANI PRORECTORI
ET PRAECONI SACRORVM
AD AEDEM SANCTI IOANNIS, QVAE SARAEPONTI EST,

AD FINIS VO

VIRIS

DE ECCLESIA, RE LITTERARIA ET PATRIA
LONGE MERITISSIMIS,
QVOS PER OMNEM VITAM

PATRONOS, FAVTORES AC COGNATOS
FILIALI CULTV ET FRATERNO AMORE
PROSECUTVRVS EST
HANC DISSERTATIONEM
SACRAM ESSE VYLT

AVCTOR
CAROLVS IOANNES REINHARDVS ROLLE.



MEDITATIONES PHILOSOPHICAE
DE
CRITERIIS VERITATVM.

§. I.



ignum magni esse soler ingenii, de pluribus adhuc dubitare, vbi ali vel nec quaequam difficultatis habent, verum certitudinem, qua maior cogitari nequit, si creditur eam often-tanibus. Tamen non semper profundum & exasciatum ostendit iudicium. Videre enim difficultia, est ingenii, soluere visa ea, quae facile difficultates caussantur, hoc est iudicium. Hoc sine illo non adeo vastum, illud sine hoc non solidum satis esse potest. Quodsi aurem eruditio litans ea natura pollet, ut nulla antea nominata carcat virute: plura certe & plura non exigui momenti habebit, vbi omnibus inter se rite comparatis, omnibus recte ponderatis rationibus tam ad ponendum, quam ad negandum aliquid, non adeo facilem exitum inuenire plenamque mentis coniunctionem obtainere potest. Inde plura cuiusvis seculi magni viri, quo diutius & quo felicius quoque cum eruditione versati sunt, eo melius cognouere multa, immo pluri-

A 3

ma

ma esse, quae doctissimus nescit, satis vero eorum, quae certe fatis, exiguam portionem. Hanc ita etiam dubitationem non sine specie multi verae sapientiae & eruditionis putant initium, quod numquam negauerim, nisi pro fine fixo sit vniuersalis fere de omnibus dubitatio. Haec nunquam in se eruditio verioris & ultra vulgarem erit testimonium; dum dubitans quamdiu dubitat, ignorantiam suam turam & optimam de iis, in quibus difficultates habet, ponit scientiam, ne errandi periculo exponatur, duplice ignorantia mauolens simplicem: *nescio, non liquet, adhuc sub indice lis est.* Datur facilime, non eos hac laude dignos putari debet, qui paradoxophilie vel inanem dubitandi de quibusvis superfluentia habitum, vel quoque, quod satis frequens esse solet, minus masculo & maturo ingenio possent, & ita, dum vel alteram saltim veritaris faciem vident, de tota ea satis inidonei esse debent iudices. Quo iure quis hoc ultimo loco de scriptorum fortior & verae sapientiae natus haberetur, eodem ex aduerso ille fatis debilis, vel minori pollenti iudicio, qui ram peruerse, si plurimi audiuntur, cogitat, vt ibi adhuc dubitet, vbi tamen certissimam suam & absolutissimam gloriantur notionem. Acquiescere, tuto, potius pigre acquiescere in omnibus, quae venduntur euincendorum argumentis seu plenis & completestissimis animum sapis, qui non ultra vulgus eructus est; non vero recte philosophantem & veri nominis eruditionem auctoritatem. Inde quous tempore a summis philosophis agitatae sunt solemniores quaestiones: unde cognoscitur, id, quod verum haberur, esse & ita? quae dantur veritatis criteria? sunt haec ita, vt, qui omnia tentat & rectissime agit cuncta, quae suadentur ad obtinendam certitudinem, vere certus esse & euadere possit? aut sicut omnia, quae putantur certissima, sunt modo vera putativa? Est ita, tractauerunt plures haec proposita, tractauerunt, & alii satis bene: nihilominus nos haec ipsa commodam differendi materiam putantes, viresque nostras pericitaturi non dubitamus, nos minime ex eo capire esse taxandos, nos centies iam aetate denuo agere, & coetiam centies crambem denuo adponere. Ita ergo in hoc arguento versabimur, vt parim aliorum, quae optime ad plura faciunt, edisceramus opiniones, postea iudice-

sudicemus, vtrum & quomodo recte laborauerint certae adquirienda cognitioni, partim denique ipsam rationem euoluamus quae veritatis lapis lydius esse debet.

§. II.

Non omnibus eadem haec sententia, si de veritatisbus sive carum criteriis iudicant. Sunt, qui nihil ita cognoscere posse arbitrantur, vt nil difficultatis, nil dubitationis amplius in cognoscente maneat, omnia incerta, eaque, quae videntur plurimis apodietice certa, vel modo probabilita, vel adeo satis dubia adhuc astruent. Hi animam hominis, si recte cogitat, insofar librae habent, quae nulla parte, nec argumentis ad assensum obtinendum compositis, nec illis, quae disensum causari debent, ad superpondium aliquod electi possent. Sunt alii, qui de pluribus nos obtinere rectam, adeo mathematicam posse conuincerem impegnare autemant. Sed his quoque diversae esse solent opiniones, si ad diuersas veritatum classes, sive ad diuersa, quae statim nare volunt, earum adiutavitur criteria animus. Id autem statim in principio nostrae scriptio[n]is monuisse e re nostra ducimus, non tam de veritatisbus ipsis in se spectatis dimicari inter philosophos, quam potius de earum relatione erga cognoscendum intellectum. In se omnia vera esse, id est: cuncta vera ita esse, vt varia eorum inter se consistere possint, minime negatur; at, si haec putata vera in relatione ad hominis intellectum spectantur, necessaria sunt criteria, vnde cognoscatur, cur aliquid verum, cur falsum habeatur & tunc non omnes eadem suadent ad obtinendam veritatis vel falsitatis conscientiam. Si ergo quis eo allaborat, vt sibi ipsis habeat, vt & alios ostendat eiusmodi veritatis signa, vnde verum a falso recte discernatur, quis dubitabit, dignissimam ac laudatissimam hoc esse occupationem? Opinionum in omnibus scientiis diuersitatem indeque naturali modo ortum infinite magnum errorum numerum sanis euincere pareret, vel non omnibus esse veritatis iusta criteria, vel non rite, nisi spuria sunt, a multis certe adhiberi, quo praefixus finis, verior nimirum & certior cognitio obtineatur. Id phaenomenon optime profecto de humani intellectus imbecillitate testari debet. Ab omni crea-

nim

nim aetate homines veritates pernoscere studuere, ab omni tempore egerunt humana natura digni homines, ut tuta haberent in peruestigandis veritatibus criteria, & tot quavis aetate de hisce criteriis fuere lites, tories ab hominibus veritates sicutilis acerrime disputatum est, utrum & ea noster sit animus perfectione, ut veritatem videre possit? & tot philosophi, qui de possibili gloriati sunt occupanda certa cognitione, adeo diuersa sumiscerunt veritatis signa, ut cuilibet praeципienti adstipulans veri loco falsissima multa sumere deberet.

§. III.

Prouti iam antea monitum est, nos hic locuturi sumus non tam de veritatibus in se & absolute spectatis quam potius de propositionibus, quae vel verae vel falsae esse debent earumque propria exriterii. Omne vero id, ex quo aliquid cognoscibile est, huius vocatur *criterium*. Et quoniam aliquid vel cognosci potest ex se, ex internis, quae habet, variis, vel ex alio extra id ipsum, quod cognoscitur, posito, seu ex externis rationibus, vera quoque proposition duplicit hoc modo potest intelligi. At vero, quia non solemus aliquid alterius vocare *criterium*, quod non ad hoc ipsum & ad eius interna pertinet, veritatis criterium est omnino illud propositioni *intrinsecum*, vnde cognoscitur, veram non falsam esse, omnibus externis rationibus, vnde quoque quid cognosci posse, sepositis, quae externae rationes in pluribus saepe nos quidem mouere possunt ad adsensum alicui tribuendum, non tamen eius esse possunt criteria. Ex aduerso falsitatis ideo criterium est omni id intrinsecum propositioni, vnde concepibile est, eam esse falsam. Veritatis hinc criteria significant, veram esse aliquam propositionem, falsitatis, falsam: cuncta itaque sunt signa, quae pro diuerso signando diuersa esse debent. Nolumus nunc accuratius alio respectu has veritatum notas describere: valent de ipsis ea omnia quae alio loco demonstrari solet de signis in genere: sunt enim specilia veritatum symbola. Breuissime unicum tangamus. Quo clarius, quo facilius, quo accuratius, quo turius, breviter quo perfectius aliquid ex signo cognosci potest, eo melius hoc: ergo veritatis criterium, si veram suam habere & nec-

de criteriis veritatum.

9

necessariam debet perfectionem; sufficiens esse debet ad distinguendum semper verum a falso, aptum ad veritatem satis accurate, (si vtiens eodem rite vtratur) peruidendam. Eadem ratione de falsitatis criteriis iudicandum, mutatis hic, quae debent mutari. Id vero hic obseruandum venit, quod, cum deuntur diuersae veritarum classes, (quas postea paulo enodatus modo declarabimus) dari & debeant diuersa *specialia*, quibus eae indicari debent, symbola. Ex his specialioribus vniuersale nos abstrahendo eruamus, vifuri postea, quomodo recte ad diuersarum veritatum genera adilicandum sit.

Dum autem criterium veritatis est ratio, vnde ea cognoscibilis est, multaque saepius ad rationem pertinent, si inde effetus sperandus, plura quoque non raro ad aliquod criterium referri necesse est, si hoc veri nominis, si complectum & sufficiens esse debet. Vnicum saepe non sufficit, vnicia nota non semper id praefat, vt inde cognoscatur veritas: plura in pluribus sunt coniungenda, si finem occupare volumus. Est, vti in signis in genere, quae saepe valde complexa esse solent, si secura, quaelibet pars in hoc composito testatur quoque, sed insufficienter & incompleta, haec singula, quae, si singulatim seu unum post alterum sumantur, satis insufficienta sunt, bene constituant vnum aliquod complectum, si inter se copulentur & simili sumantur ad rotum aliquod efficiendum. Hoc inde ortum complexum ratio tunc sit cognoscendi sufficiens, qua verum a falso, reale ab imaginario distinguitur.

§. IV.

Palmarias hic edifferamus veritatum classes, quia in qualibet specie paulo aliter versandum est, si rite de iis debet iudicari. Non crimus longiores. Non exhibebimus longiorem & accuratiorem tabellarem de iis sibi inuicem subordinatis catalogum. Satis est, si praecipuas earum species hic nominamus, respecturi ad modum, quo cognoscuntur. Longe alia specialiora huius ac illius generis esse debent criteria; qua generalius a nobis explanandum bene conueniunt, modo alia ratione hoc adpli candum est ad eas prioris, & iterum alia ratione ad illas secundi generis. Di-

B

vidimus

uidimus ergo cum LEIBNITIO, qui satis bene omnes, quae cogitari possunt veritates, in *veritates rationis & veritates facti* diuidit a). Ad illas omnes pertinent, quas a priori deregimus, ad has vero omnes, quae ultimato sensationibus vel propriis, vel alienis, ergo in ultimo casu testimoniis sunt superstruendae. Sunt haec pro ratione testimoniorum valde diversae. Nihil autem ad nostrum faceret finem, si species earum hic disponere vellamus. Testimonii auctor vel est Deus, vel ens contingens, potissimum homo: illae sunt divinae, haec humanae, omnes historicae; dum proper testimonia enunciationem veritates habentur seu creduntur. Illae, quae vocantur rationis veritates, non differunt ita ab his secundo loco nominatis, vt illae maiorem habeant veritatis gradum, haec minorem. Illae sunt propositiones vii hae, & si verae sunt, extrema earum sunt compossibilia, alterum per prius determinantur: differunt autem in eo, quod illis aliud, ex quo cognosti a nobis possunt, sit principium, natura minimorum & ratio hominis, his vero sensatio & experientia, vel propria vel aliorum.

Tres viae alias ad obtinendam certitudinem aperiuntur; *ratio, experientia, fides*. Etiam ex his potest divisionis reddi ratio. Quae enim veritates ex ratione erui possunt, priori loco a LEIBNITIO sunt vocatae, quae experientiae (propriae) vel fidei, experientiae, si ita dicendum est, alienae superstruantur, sunt veritates facti, quod factum vel cognoscens ipse expertus est, vel idem proper assertam aliorum, quos fide dignos putat, credit experientiam.

§. V.

Inuestigaturus nunc nobis criteria veritatum, recte cum LOCKIO b) monendum putamus, quod valde distinguenda sit veritas verborum & terminorum a veritate cognitionis, sen, quo recentioribus philosophis loquamur conuenienter, quod distinguenda sit veritas iudicij & veritas propositionis. Rectissime Anglus

a) In eius remarques sur le livre de l'origine du Mal, qui sunt in ipsis essais de Theologie, Tom. 2. pag. 463. §. 5. pag. 472. sq.

b) vid. eius essay on human understanding Tom. 2. cap. 5. 6. pag. 156. sq. edit. 1753. London.

glus obseruauit: rarissime distingui veritatem cogitationis a veritate terminorum; quia parum, dum *mentalem* (vii loquitur dictus Philosophus) propositionem habemus, simul & eius signa & symbola cogitamus, quo sit *verbalis*, parum etiam quia plurimi verbis tantummodo idealium loco, quas habere debent, & multis habere videntur, saepissime videntur. Vtramque hanc veritatem, prouti *LOCKIUS* descripsit eam, hic delincaebimus. Ad mentalem propositionem, seu ut recentiori philosophiae stipulantes praeceperunt, ad *iudicium* requiritur coniunctio vel separatio duarum idealium. Quodsi nunc ita coniunguntur vel separantur ideae, ut obiecta earum vel iuncta inter se, vel separata sunt, est mentalis veritas in hoc ipso iudicio; quodsi simul unum signum de altero signo harum idealium affirmatur vel negatur, ita vero, utrū ideae sunt conuenientes vel disconuenientes, tunc simul veritas verbalis accedit ad mentalem & ita propositio evadit vera. Sequitur ergo ex his, quae definita sunt.

1) In diuidicandis veritatibus & ad iudicium & ad signa, quibus exprimitur, attendendum esse: si enim in illo actu adest conuenientia, verum est affirmatiuum, si disconuenientia idealium, verum est negatiuum iudicium, vera ergo propositio, si signa, quibus haec relatio exprimitur, relationem ita, ut est, ostendunt.

2) Dari non potest in verbis veritas, nisi supponitur mensura. Euoluamus notiones & totum conlectarium ita demonstrabitur. Est enim verbalis veritas, si voces, si termini propositionis relationem, conuenientiam vel disconuenientiam idealium nostrarum significant, ergo est additamentum ad veritatem mentalem, & accedens eius complementum. Hoc dari nequit, nisi antea sit positum id, ad quod accedere debet.

3) Possunt signa in propositione recte designare animi iudicium, nec propterea propositio est vera. Est etenim propositio index cognitionis nostrae. Haec autem est vel imaginaria vel realis, inde propositio rectissime imaginariam cognitionem indicare potest; est propositio, non vero accedit hic veritas signorum ad veritatem iudicij, quac ultima penitus deest. Ingenium homi-

nis saepiuscule inter se coniungit, quae vel maxime distant quae arctissime sunt connexa, mente a se inuicem separare solet, & signis haec chimaerica relationis cogitatio potest optime declarari, inde hie denuo **LOCKIUS** distinguendam praecepit veritatem realem & veritatem mere nominalem seu chimaericam. Clarius forte naturaeque veritatis magis conuenienter, si recte iudicamus, possunt distinguui signa idealium, & idearum, signa relationis carum & relatio ipsa, iudicium quod verum & quod falso est. In falsa propositione relationis modo datur signum, non ipsa relatio, videtur per eam iudicari, sed falso iudicatur. Vt nunc iudicium, ita propositio. Illud chimaericum, ergo & haec.

§. VI.

Si propterea recte iudicari debet de veritatibus, potissimum de vniuersalibus, ne modo haecramus in signis & terminis, vt plerumque. Si hos omnis modo tangit cognitio, si signa ita inter se sunt coniuncta, vt coniungi debent, ad idealium, quas significare debent, vel conuenientiam vel disconuenientiam exprimendam, si ergo fatis bene quoque percipitur haec indicata relatio signorum, tamen nondum percipitur necessario haec ipsa relatio idealium, quae in propositione indicatur, non simul itaque veritas ipsa personatur, vt noscenda est, sed modo signa cogitantur, quae forsan habent quid, quod significant, forsan quoque (quod non adeo raro euenire solet) nihil plane. Rerum loco toties ita habentur & venduntur rerum signa, quoties non habet viens his signis claram & distinctam eorum, quae per ipsa significari debent, cognitionem. Inde ante omnia in dijudicandis propositionibus

1) mentalis est distinguenda a verbali seu iudicium a propositione. Illa est ipsa cogitatio rerum, haec cogitatio signorum rerum & idealium; illa est contenta in hac, haec illam continet.

2) Veritas cognitionis prius cognosci debet, ac ad veritatem in terminis spectatur. Datur ea, si indicata relatio, vel coniunctionis, vel separationis idealium locum habet, si coniuncta inter se coniungi, vel a se inuicem separata separari possunt. Postea nostrum erit, vt accuratius modum & rationem edisceramus, hanc veritatem rite inuestigandi.

3) Si

3) Si adeo haec cogitationis veritas, denum attendendum est, vtrum & veritas in verbis & signis adsit? Adeo, si termini rete hanc ipsam, quae declaranda est, relationem significant, sin minus, deest. Cogitatio signorum & symbolorum hie si palmaria est, si haec loco ipsarum rerum adsumuntur, nunquam recte pernosci potest veritas. Loco verioris cognitionis ita plures sonos, forte sine mente, vel rerum satis confusam obtinent cognitionem, nisi primo loco satis inquiruntur res, ideae earumque indicata relatio, posteriori vero harum signa ex fine diudicantur. Inde profecto ratio reddenda est, cur tot in pluribus eruditio- nis partibus, potissimum in illis, vbi ultra sensus noscenda obiecta cœcta sunt, in abstractis & vniuersalibus vel nomina modo calcent rerum loco, quas bene nosceré sibi finisire persuadent, vel rerum ipsarum viliori, confusiori, vmbritili modo sint tincti cognitione, cum tamen aspirare deberent ad adeo exasciatam & profundam, ac modo obtineri potest.

§. VII.

Quoniam igitur in pernoscidis veritatibus potissimum & principe loco ipsa idealium relatio, vtrum indicata habeat locum vel minus, diudicanda veniat; id nostrum nunc erit, vt inquiramus eiusmodi criteria, iuxta quae haec diudicatio institui debet. Negauere alii inter philosophos, dari eiusmodi signa, vnde verum a falso discerni tuto satis posset. Putamus, nos minus legibus, quae nobis in hac scriptione scriptae esse sumi debent, obedire, nisi paucissimis eorum opiniones euolucremus; arbitramur autem si vellemus Pyrrhonis, academicorum & recentiorum scepticorum te- la elidere cuncta ita, vti alia digna sunt eiusmodi academicam scri- pitionem conformiter legibus haec omnia complecti non posse. Di- stinguant veterum philosophiam explanantes opiniones Pyrrhonem sequentium & academicorum, prout velint; nobis obseruauisse sa- tis, omnes hos scepticos negare completam certitudinem: sit ita, illos omnem cognitionem dubiam, hos modo probabilem putare, cer- tum tamen est eos omnes nihil complete certi adstruere. Omnes hi itaque secura dari, negant criteria, vnde veritas cognosci posset, ne- gant, nos omnia ad veritatem requisita pernoscere. Hinc & negant

nos completam obtinere posse coniunctionem. Accuratus describendi eorum opiniones nobis non est animus, vastus qui sceptici acerioris personam egit PETRVS BAYLIUS in pluribus locis c) hanc nihil ponentem sententiam eiusque rationes dispositum. Ipse hic philosophus acrius scepticorum dubitationem eiusque rationes defendere & hanc nihil ponentem philosophiam inter omnes alias hominis modo securam esse scientiam ostendere maximopere conatus est. Sunt loca BAYLII, in quibus significare videatur, nos de aliis plenam posse mentis imperare coniunctionem d), sed, vbi scepticus est, pugnat & aduersus evidentissimas positiones. Non nobis est animus eius dubitandi & nequendi difficultates animum uberiorius deferibendi. In tanti & tam vasti ingenii viro, quod robore vera philosophia numquam studuit, nil magis naturale esse solet, ac hic dubitandi & struendi difficultates habitus. Peripathetica modo tintus philosophandi ratione dum tanto & tam secundo pollebat ingenio, tamque acuta critices habilitate instructus erat, satis facile subuertere audebat, & posse subuerti arbitrabatur omnes, quibus veritates superaedificari debeant, rationes. Nolumus BAYLIVM nec philosophum accuratus depingere, nec scepticum eum refutare. Vel sunt ea, quibus vius fuit, quae iam adhibuerunt scepticorum vetustissimi, vel sunt melius & propius in eo ipso disciplinarum geneve pertractanda, aduersus quarum veritates BAYLIVS pugnare voluit e).

§. VIII.

Non a fixo nobis sine remorum, potius hunc ipsum requirere videtur, ut praecipua scepticorum examinentur argumenta, ex quibus nolunt certa agnoscere veritatis & falsitatis criteria. Quum enim

c) conf. dictionnaire historique critique artic. Pyrrho &c.

d) loc. cit. arric. Aristote not M. Stilpon not. H. Xenophanes not. H. Pauliciens not. F. Reponse aux questions d'un Provincial cap. 24. pag. 311. 314 — 318.

e) Ex instituto contra hunc recentem scepticum praeter Excell. FORMEY egregie disputauit CROUZATVS, cuius eo fine elaboratum scriptum Per illufr. de HALLER germanice verbum edidit Goettingae sub titul: Prufung der Seele, die an allem zweifelt.

enim nos postea haec eiecturi simus, finis noster exigit, ut antea iis
obuiam eamus, qui negant tutam & securam eiusmodi veritatis docu-
menta. Campum autem ingredere must, unde exitus difficultis foret,
si omnes rationes, quibus vti solent, hic disponere & ad easdem re-
spondere vellemus; satis erit, si ea hic trahantur argumenta, ad quae
reliqua cuncta facile duci possunt. Si ita omnes scepticorum prin-
cipium opiniones inter se comparantur, sumuntur alia argumenta
a natura cognoscendi humani intellectus, alia vero *a natura cognoscen-
darum rerum*; de qualibet specie pauca proferamus. Per illam nihil
certo posse cognosci maximi argumenti instar assertur imbecillitas
& fallibilis omnium hominum. Imbecillus intellectus non ea est
virtute, ut veritatem recte perspicere possit, & intellectus, qui
fallibilis est, facile falsum seu verum assumere, hinc errare potest.
Hinc putatur, de nullo certam impetrari posse cognitionem,
quum tanto noster intellectus sit errandi expositus periculo. Tri-
bus respondeamus. Illa, imbecillus nimurum humani intellectus
ponit solummodo, non tantum esse hunc intellectum, ut omnia
cognoscere possit, plura semper eorum dari, ad quae intelligenda
noster non sufficit intellectus, ac illorum, quorum recta datur in-
telligencia, ponit simul esse alia circumstantia, in quibus alias quoque
fortissimus hominis intellectus veritatem recte perspicere non pot-
est. Hac aperte, fallibilis nemp ostendit, non omnem quantus
quantus est, veritatum campum pernoscere posse virtute intellectus
nostri, ostendit simul, si multa quoque sunt, quae noscimus,
adhue plura tamen esse, quae, dum posita sunt ultra cognitionis
humanae vel tamen hominis alicuius sphacram, & dum nimis au-
daciter de illis quid statuerit velit homo, ipsum se ipsum errandi
periculo immergere; hinc per hanc vniuersalem fallibilitatem
hominem cautissime versari debere in cognoscendis rebus, ne fal-
sum instar veri putans semet ipsum fallar possime.

Neque minus adstruere solent hi dubitationem suadentes se-
parum certe infinitum numerum, hinc (cum inter sibi inuicem
contradicentes vnicus modo veritatem habere possit, ergo omnes
reliqui errare debeat) infinitum quoque errorum numerum
prae multis aliis apertissime evinceat rationem, certi quid a
nobis

nobis sciri minime posse. Inter dogmáticos infinitam fere dari sectarum cumulum, concedo. Concedo dari propterea infinitum certe errorum numerum. Concedo, multis ergo longe difficilium esse, ex his tot tamque diuersis opinionibus & erroribus certam eruere cognitionem. Id autem nunquam concedam: Ergo omnis hominis cognitio incerta dubiaque esse potest. Tot dari sectas, tot inde quoque errores, id inde cugenire solet, quod plurimi praeiudicis obsecrati non ex rationibus recte cognitis, non propter argumenta evincient, sed propter pernicioſissima praeiudicia quid ponant, idque verum habeant, quod illi, quos sequuntur, verum vendunt. Falsum est, aequa multas & magnas quamque diuersarum sectarum habere rationes: verum ergo est, cauta & accuratissima circumspectione opus esse, omnia esse abicienda praeiudicia, quo rationibus cuiusque recte ponderatis videatur, quae verae sint, quae minus. Enodatus haec ab intellectus nostri imbecillitate &c. defumta argumenta explicare & refutare nolumus, ad ea modo breuissimis hic respondere volui- mus iis, quae ab aliis longius & euodatius educta sunt ad discutenda aporetorum aduersus dogmáticos philosophorum tela. Nec longiores contra alia ipsorum argumenta responses hic proponi possunt, dum illae saepe ex intimis carum scientiarum de- promi debent, ex quibus defumscere argumenta.

§. IX.

Quas postremo a natura cognoscendarum rerum defumtas rationes habere solent, commode satis & breuissime ad id trahi possunt: contra quamlibet assertiōnēm, si quoque vel quasi in fronte descriptā habere videatur veritatem, plures & indiffibilis adeo formari posse obiectiōnes, omnem propterea thesin modo controverſam, ita hinc occultam esse veritatem, vt intellectus satis imbeccillis nullo modo ad eam penetrare possit. Vsi sunt certe plures hac ipsa ratiocinatione, & solet tanti aestimari hoc argumentum, vt recentiores sceptici, potissimum si per specialiora ire volunt, multi esse soleant in eodem, quantum possunt, incrastando. Ipse, qui tam bene Aporetorum rem, si bene geri potest, gessit PETRVS BAYLIUS eo aliborauit potissimum, vt aduersus vel lumen me

me indubitas veritates, principi loco aduersus christianorum reuelationis dogmata obiectiones strueret, ita, ut negauerit, vel quicquam ita, posita, vt debet poni, summa christiana reuelationis veritate, ponit posse eum verum, quam indubitatae per hanc religionem veritates, de quibus dubitare aenitius **BAYLIUS** piaculum habet, satis oppositae sint illis naturalibus, quae posteriores ergo satis incertae esse deberent, hominisque intellectus sat is inceptus ad erendum verum idque a falso sufficienter distinguendum. Sunt, (id omnis eius ratio est,) sunt per reuelationem patens&ctae veritates, de hisce dubitare; peccatum est; sunt aliae natura cognoscibiles veritates, eadem, vt viderur, pollentes evidencia, sed sunt hae illis oppositae, ergo haec, cum de illis nemo dubitare debeat, satis sunt dubiae. Nimirum remotum est a fine nostro, **BAYLIUS** rationes clarius proponere, aequem remorum ad illas, prout debet, respondere. Is, qui christianae religionis interpres esse debet, debet simul ita explicare alia theologica, vt cum illis harmonice satis confitente queant naturales, de quibus nemo facile dubitabit, veritates, non vero adeo sinistre, vt **BAYLIUS**, quo contradicatio vera satis sit patens. Nostrum modo est ad generalius, vii disposuimus, respondere argumentum. Verum est: contra omnem veritatem potest disputari, sed propterea non omnis thesis est controversa: verum est, formantur & formari possunt aduersus omnem propositionem, si quoque verissima & disputanti contra eandem certissima est, obiectiones, sed falsum est, omnem obiectionem turbare certitudinem cognoscendi. Est etenim vera, vel apparentis obiectionis. Illa est vera & sufficiens probatio, falsam esse eam, aduersus quam struuntur, propositionem, hacc nulla est probatio, videntur modo ita. Eiusmodi adparentes probations & obiectiones vel ex amore obiciendi, est certissimum sit disputans, vel ex confusa eius cognitione, si vere dubitat, proueniant. Si illud, non turbant certitudinem, si hoc, nulla adfuit vera certitudo, sed confusori modo tinctus est obiciens veritatis cognitione; hinc incerta, hinc & falsa quoque videri poterit intellectui proposicio verissima. Verum quoque est, indissolubiles contra veritates proponi posse obiectiones, si haec intelliguntur.

tur eae, quas hic vel alias homo soluere nequit, quae inde sunt respectu indissolubiles. Absolute indissolubilis obiectio foret apodictica demonstratio, falsam esse, quae putata erat veritas, propositionem, & ita nunquam fuit veritas. Eiusmodi obiectiones, quae solui plane nequeunt, non possunt aduersus villam strui veritatem: quia alias consistere deberent duo, vbi ramen unum alterum excludit necessario. Denique concedam, occultas esse alias veritates, ita, ut ex tenebris, quibus inuolutae sunt, a nobis protrahi non possint, sed non sunt ita omnes. Si autem hac accusatione innuitur, esse tamen plura in qualibet veritate, quae non perfecte possint cognosci, seu nullam veritatem recte comprehendi & distinctissime intelligi posse, non incircabor, modo id semper negabo, quod inde probari debet. Dantur plura, de quibus exiguum certe & doctissimum habere potest cognitionem; nihilominus, si de illis veller dubitare, inepta foret dubitatio. Trahanter hic plura in natura phaenomena, quae facta sunt & sunt & videntur, & certa sunt, et si nondum intelligantur.

§. X.

Pluribus adhuc scepticorum opiniones conuellere vel plures, quibus viri solent, commemorare difficultates finis, noster non permittit. Trahi possunt satis facile ad ea, quae agitata sunt. Id modo hic monuisse iuvabit, superficiam cognitionem, quae non raro instillatur eruditionem occupaturis, cauſari potissimum hanc postea oriundam dubitationem. Haec non est illis, qui in dolem plane vulgarem scientiisque minus accommodatam a natura habent, neque est illis, qui iudicio maturo & profundo valent, esse solet iis, qui largo & felici ingenio gaudent, minori autem iudicandi dexteritate. Si etenim eiusmodi ingeniosi breviori quidem tempore & minori simul opera aliquid plene pernoscere putant & putantur, putatiuae certe ipsorum scientiac plures incesse debent defectus, plura adhuc insufficientia & incompleta. Melius etenim discitur, si antea difficultius. Qui nullibi difficultates habet, & vel auditus modo, vt habentur, veris, ea, ut putat, perfecte intelligi eorumque veritatem adprehendit, certe saepius plura nescit, quae tamen sciri debent, si vera cognition & exalcia-

ta

ta discentis est finis. Demum sibi met ipsi rationem cum reddat scientiae, quam habet, si demum satis bene intelligere incipit, non tam secura esse, quibus superstruxit cognitionem, principia; si simul ingenium difficultates reperit, quas pro ingenio suo soluere nequit, & ad quas soluendas multa & profunda eruditio requiritur; valde accommodatum est eiusmodi multo pollenti ingenio homini, de pluribus dubitare incipere, in quibus alius nec quicquam difficultatis habet. Profecto, ut cortex eruditionis nunquam vera scientia est, haec adparens scientia demum plures caulfatur & post se trahit cognitionis defectus, qui locum non haberent, nisi omnis cognoscens cognitione umbra modo scientiae fuisset, & intellectus inter se confundisset verum & adparens, cor & corticem, certitudinem veram eamque modo adparentem.

§. XI.

Posuere, quo nunc veniamus ad ea, quae demonstranda sumimus veritatis criteria, alii diuersa, ex quibus iudicandae forent propositiones. Vereres plura de veritatibus docuerunt, et si notio, quam de vero habebant, ut abstracta & valde sublimis, vehementer & confusa esset, & ipsi egregie inter se varijs veritatis species confunderent. Potissimum inde ab *Aristotelis* temporibus toties inter se miscuerunt eius adseclae veritatem *metaphysicam* veritatemque *logicam*. Ille enim cum existimaret & ita quoque doceret, verum aut falsum, non tam in rebus, quam in mente, *εν διανοίᾳ* quarendam esse *ἡ* nesciueret sectatores ipsius, quaenam ponenda sint veritatum criteria, eamque modo per conuenientiam cum intelligentia, modo per conuenientiam cum intelligentia divina explicare voluerunt. In eo vero, remoris, quantum potest, scholasticorum tenebris, ipsorumque inter se comparatis opinacionibus, in eo conueniunt, verum esse id, quod ita est, ut censetur. Non negamus satis bonam hanc explicationem, negamus eam philosophicam definitionem. Nunquam id hac explicatione, aut vera descriptione obtinebitur, quod tamen inquirendum erat, & omnibus concessis denuo est ad quæstiones respon-

C 2

dendum

ἡ Metaphys. lib. 6. cap. 3. *εν γαρ εστι φεύγος καὶ τὸ αληθέσσεν τοις πράγμασιν, αλλὰ εν διανοίᾳ.*

dendum; unde cognoscitur, aliquid ira esse, vii censetur? quae dantur signa huius conuenientiae cum intelligentia vel generatum dicta, vel diuina? Quam spinofores & inricatores ideo aristoteli-
corum de vero & veritate sicut disquisitiones, nihil tamen edocue-
re, quo recte vti possemus inuestigaturi veritatum signa. Illi di-
sputarunt porosissimum de veris in se & metaphysice spectatis, &
in eo scissas erant ipsorum opinione, in quoniam confiserer eorum
veritas: nos vero non de veris absolute & in se consideratis,
sed de ipsorum erga intellectum relatione, hinc de veritate logica,
sive de propositionibus, undeque carum vel veritas vel falsitas co-
gnoscenda sit, loquimur.

§. XII.

CARTESII studio mirum in modum emendata est philosophia,
& inde ab eius tempore quoque in eo desudarunt plures phi-
losophi, ut recte definiunt veritatem eiusque criteria tuta latit
& secura ostenderent. Ipse **CARTESIVS** ipsique eius potio-
res sectatores, postquam cognoverant, aliis characteribus aliis-
que signis conuenienter iudicandum de propositionibus esse, v-
trum sint verae, vel vtrum falsae, eo allaborauerunt, ut tuta e-
iusmodi inuenirent, quac applicari deberent ad enunciations in
recte dijudicandis & cognoscendis illis. Etsi vero & Cartesiano-
rum parens & ipsius sectatores plurimi & sua laude non defrau-
dandi non adeo felices in hac re fuerint: tamen eo ipso occasio-
nem dedere pluribus, amplius cogitandi de veritate eaque agno-
scenda, & vt in omnibus fere Cartesiana philosophia viam ape-
riuit posterioribus philosophis, in qua currerent ad emendandam
totam scientiam, ita etiam, dum haec schola incepit inquirere
& ponere veritatis criteria, alios recentiores eo adduxit, ut bonis
cartesianoram retenis, loco coram, quae sinistre agitata erant,
magis limata & emendata inferrent scientiae. Praecepérunt au-
tem **CARTESIVS** g) ipsique additipulantes: evidētiam propositionis
verum & complectum veritatis esse criterium. Omnis haec cui-
dientiae notio modo est relativa, ita vt, quod huic eidens, alteri
valde abstrusum esse possit. Non differt evidētia a notione clara

atque

g) in princip. philos. Part. I. num. 10. pag. 2. edit. 1692.

arque distincta, & ita veritatis criterium est ea propositionis indoles, ut claram distinctionem relationis in ipsa partium ideam sibi formet cognoscens, falsa ex aduersa parte, vbi deest haec indoles. In eo peccant igitur Cartesianorum omnes, quod aliquod propositioni extrinsecum eum veritatis ponant criterium. Hoc est semper internum & intrinsecum at evidenter est perfectio cognoscentis intellectus. Quot ita debent dari verissima, et si non sunt facit huic, vel illi evidenter. Si veritas est notio modo relationis, vnum & huic verum, alteri falsum, in se nihil verum esse debet. Quilibet homo, dum intellectu & ratione ab omnibus aliis differt, alia quoque rationes propositiones intuetur, hinc, de quo & experientia refatur, hic quid putat verum ex ratione evidentiae, alter falsum illicet propterea fore verum, & tamen potest errare. Quot vero sunt, quae, quantumvis sint vera, tamen fatis abstrusa, non evidenter videtur! forent itaque falsa.

§. XIII.

Cartesiani veritatis signi fatis iam videt insecuritatem. Derensis episcopus *Guilielmus KINGIUS*^{b)}, putat ita i.e., vim adhuc reperi in anima, per quam propositiones, si sunt evidentes, intellectum nostrum ad sensum obligarent. Putat KINGIUS, esse posse fatus evidenter alicui propositionem, videre posse ipsum eius veritatem, nihilominus tamen eum adhuc dubitare posse de ipsa. Sunt (non negabimus) fata, qui introspectis omnibus ad veritatem requisitis, nihilominus ipsi sensum concedere non audent. Verum hoc ipsum, omnibus visis, quae certitudinem caussari solent, vitium vel ad voluntatem, vel ad intellectum dubitantis referri debet. In priori casu nullum eiustmodi dubitancem adhuc aporem cum vocare. Optat potius modo, ut rationes negandi vel tamen dubitandi habeat, intellectus videtur verum, affectus abnunt. In altero autem, qui adhuc dubitat, et si ipse nullam dubitandi rationem videre & adducere possit, neque vitium sit in voluntate, omnis ratio esse debet in intellectu, vel non verum recte introspiciente, vel praeiudiciis depresso ita, ut non possit plene illud cognoscere. Ad id remouendum vel praeiudiciorum omnium ex-

C 3

firpa-

^{b)} in libro: de origine mali.

flirpatia requiritur. Si ita explicatur veritas, ut in summa, quam habet, luce eam intellectus videat, tunc certitudo satis facile acquiritur. Id putamus remedium aduersus hanc intellectus imbecillitatem, KINGIVS autem, dum non recedit a Cartesianorum schola, tamen aliud adhuc refert ad naturam criterii veritatis; haec enim secundum ipsum & evidens est, & ea infrastructa vi & virtute, ut extorqueat ab intellectu assensum. Vt ita CARTESIUS veniam propositionis relationem veritatis constituit criterium, KINGIVS adsumit duplarem relationem, nempe

1) Cartesianorum evidentiā, quae est cognoscētis intellectus assensio & in distincta ac clara rei per propositionem indicati consistere debet notionē.

2) Vim propositionis, qua assensus extorqueri deberet. Est vero haec vis vel ea in cognoscētēm intellectū relatio, qua vī vere est obiectū repræsentatur, & sic non differt ab evidētia, vel est ea in voluntātē relatio, ut haec concedat & vera fateatur, quae intellectus rectissime eū vera cognouit. At vero nec haec vis esse potest veri criterium. Est etenim illa modo propositioni extrinsecum; criterium est ipsi internum. Haber fortean (non raro evenit) habet propositio aliqua eam extorquendi assensum vim, quia cognoscētus intellectus propositionem propter praeiudicia, quae facile altas egerunt radices, verum retur, voluntasque veram ex iisdem profiteatur. Videtur, bene satis ipsum episcopum intellectisse, se nihil completi & ad cognoscendum verum sufficientis edocuisse; fatetur ingēnus, optandum esse, ut alius meliora proponat, & ita generi humano egregie prodesset in inquirenda veritate. Nos vero non erimus verbosiores in KINGIT opinione enarranda ciusque defectibus ostendendis, quam optimè recte ipsa LEIBNITII in hunc KINGII librum animadversiones plura in se complectantur, vnde recte, vti de scripto toto, ita & de hac in veritatum natura indaganda oēcupatione iudicari queat.

§. XIV.

Veniamus demum ad eam opiaionem, quae, a LEIBNITIO i)

i) conf. eius essay de Theodice Tom. 2. pag. 473.

pri-

primum proposita, postea ab omnibus fere philosophis endatius adhuc ipsius delineatione demonstrata est. Hanc explicabimus & hanc postea ut optime fundatam & tutissimam euicturi sumus. Tribus verbis autem genesis eius delineemus. Quum inciperet LEIBNITIUS ita philosophiam colere, ut statim plurima & grauissima in rotam hanc retundarent scientiam emolumen-
ta, acerrimae de veritatis natura inter Cartesianos ex una & alios ex altera parte agebantur altercationes. MALEBRANCHIUS potissimum, dum plura docuerat in ipsius adeo proficia tractatione ad inquirendam veritatem composita *k*), quae pluribus displicuerunt, habuit potissimum acerrimum aduersarium *Antonium ARNOLDIVM* doctorem sorbonicum. Vix ille contra Malebranchium disputare incepérat *l*), hic defensionem conabantur *m*), & eodem anno, quo inter hos viros ita disputabatur, LEIBNITIUS & suam de re controversia declinabat sententiam, vasis eam proponebat *n*) breuius, sed accuratius alio respectu & adhuc utrius in tentamine Thodiceae, ubi in eo est, ut iudicet de RINCI meditationibus de origine mali. Ea est igitur ipsius sententia, illam veram esse propositionem, in qua praedicatum per subiectum est determinabile, in qua minus, fallam. WOLFFIUS, cum suam LEIBNITII intentus superstrueret philosophiam, & hanc eius opinionem, uti solet, vasis explicauit & eius rationes reddidit, quae breuius modo LEIBNITIUS tractauerat & quae mente tenebat, eruere & accuratius applicare multo iudicio & multo philosophantibus vso annius fuit *o*).

§. XV.

Generatim prius explicandi hoc veri criterium, postea ad veritatum species *rationis* nempe & *fatti*, uti LEIBNITIUS diuidit veritates,

- k*) Recherche de la verite.
- l*) Des vrais & des fausses idees contre ce qu'enseigne l'auteur de la Recherche de la verite par M. Antoine Arnould 1683.
- m*) Repons de l'Auteur de la Recherche & de M. Arnould des vrais & des fausses idées ad 1684.
- n*) G.G.L. meditationes de cognitione veritatis & ideis in act. erud. Lips. 1684. pag. 537.
- o*) vid. eius log. lat. Part. I. Sect. I. Cap. I.

ritates, applicandi animus est, ita, nos optime nostris satis facturos esse, censentes. Id, quod contradictionem inuoluit, cum falso sit, huic oppositum autem verum, id, quod non inuoluit, est verum. Vera propter ea est propositionis, cuius extrema inter se consistere queunt, seu cuius praedicatum determinabile est per subiectum. Nullo modo satis hoc foret explicatum criterium, nisi accuratus haec praedicari composibilitas, seu per subiectum determinabilitas antea explicaretur. Quod determinabile est, est ita vel in se & absolute, vel quoque relative & hypothetice. Dum ita propositionem censemus veram, cuius praedicatum cum subiecto illius est compositibile, duo requiruntur ad veritatem:

1) Praedicatum esto determinabile per subiectum & quidem in se & absolute, subiecto non spectato in vlo nexus. Clarius potest id efferri; in vera propositione ipsum enunciationis praedicatum non debet contradicere subiecto, hoc modo in & per se se absolute considerato. Simulac viderur, eam esse propositionis alicuius indolem, ut posito subiecto, altero propositionis extremo, non ponni, sed tolli debeat absolute praedicatum, statim cernitur, totam propositionem esse falsam. Vel unico exemplo mens nostra clarior explicari poterit. En propositionem! *homo est infinitus*. Ita est comparata, ut praedicatum absolute consistere nequeat cum subiecto, est ergo falsa propter omnem per subiectum praedicati defectum determinabilitatis.

2) Praedicatum esto determinabile per subiectum hoc & visio in omnibus nexibus. Multa sunt possibilia in se, tamen inuolunt contradictionem, si in nexus & relatione considerantur. Quantumvis ergo in se quidem & absolute praedicatum in propositione possit consistere cum eiusdem subiecto, forte tamen non consistit, si id subiectum *simil* quoque in nexibus consideratur. Nos ergo dum determinabilitatem praedicati per subiectum veri arbitramur signum, non modo absolutam illam, sed relatinam & hypotheticam simul volumus determinabilitatem. Quo clarius loquamur, vera est proposition, si eius praedicatum non absolute contradicere subiecto, neque etiam in nexus & in relationibus subiecti ipsi aduersatur. Ita dantur infinitae multae propositiones, sunt falsissimae, et si absolu-

lute.

lute quidem earum praedicatum non contradicat subiecto. *Vnica historica illuftrat.* Si e. g. dicimus: *Caeſar in pugna pharsalica vietus est ab hostibus suis*, falsa est propositio, eti praedicatum confitere posse cum subiecto in se considerato; non enim consistere potest, si subiectum refertur ad omnia, quae omni exceptione sunt maiora, refimonia Caeſariſ victoriā eloquentia. Ex his itaque patet, falsam esse propositionem,

1) cuius praedicatum cum subiecto absolure nequit coniungi. Hac enim ratione poneretur & simul tolleretur subiectum,

2) falsa est propositio: cuius praedicarum euidem absolure cum subiecto coniungi potest, verum, si hoc in nexus spectatur, non poni debet. Ex notione subiecti in & per se considerati hic contradictione non videatur, tunc demum patet, si subiectum refertur ad nexus, qui in tota propositione simul respiciendi sunt, si recte de eius veritate vel falsitate iudicari debet.

§. XVI.

Eamus per specialia, applicaturi, quod modo ediffere incoepimus, criterium ad veritates & rationis & facti. Illae a priori rationis nostrae legitimo viu cognoscuntur i. e. ex certis principiis recto modo eruuntur, seu demonstrantur. Omne itaque, quod cognoscitur omnibus cogitandi regulis conforme & conueniens, verum; & omne falsam vni vel pluribus harum minus conueniens esse potest. Quodsi propterea praedicatum de subiecto vel negatur, vel affirmatur, qua negatione vel positione vni modo regula logices migrari deberet, id praedicatum non per subiectum determinabile est, ergo rota propositio falsa erit. In diuidandis itaque propositionibus, quae rationis veritates venduntur, omnia ac singula logices praeceptra in censum veniunt, quae, si intelligitur, cuncta obseruata esse, tunc demum veritas pūtanda, ex aduersa autem parte falsa propositio, si certo cognoscitur, vel unicum modo requisitum ducit. Ut diuersae ideo sunt rationis propositiones, ad diuersas quoque logicas regulas sunt applicandae, si recte de iis iudicare deberet. Sunt aliae propositiones, quarum ideae sunt per sensus formatae, ergo hic omnes illae regulae, quibus conformiter obseruationes & experimenta institui debent, obserua-

D

serua-

seruari debent & in illis dijudicandis offendendum est, actu easdem esse obseruatas. Sunt aliae per abstractionem formatae, hinc inuestigandam in ipsis, vtrum in illis nihil sit, quod non in qualibet singularium, vnde abstractae sunt, inuenitur. Sunt denique propositiones, quarum ideae combinando formantur. Formantur autem vel per combinationem rationalem i. e. ita, vt distinete & ex sufficientibus *rationibus* perspiciamus, combinatas esse compossibilis, hinc sunt semper verae. Aliae formantur per arbitriam combinationem, & ita nondum scit ille, qui plures inter se coniungit, vtrum & sint compossibilis, ergo carum veritas ita ostendi debet, vt vel declaretur, dari eiusmodi obiectum, ad quod per combinationem facta idea applicari potest, vel declaretur modus, quo obiectum eiusmodi fieri potest. Hoc viro modo de realitate formatae per combinationem ideae nullum amplius dubium: vel denique, dum a conjectariis ad eorum rationem ruto semper concludi potest, veritas arbitrio ita combinando formatae ideae perspicitur, si modo vera inde prouenient conjectaria. Ita ergo si propositiones euoluuntur, veritas aut falsitas ipsarum palam fieri debet, ita ostendendo praedicatum ex ipsa subiecti natura determinari.

§. XVII.

Quod facti veritates attiner, non minus hanc possibilem per subiectum praedicati determinacionem eorum criterium esse debe re, ex natura vniuersalis signi & characteris fluit. Suni duplicitis generis (vt supra commemorauimus (§. IV.) haec facti propositiones: aliae sunt superstruetae propriae, aliae peregrinae experientiae. In istis dijudicandis ante omnia cum L E I E N I T I O p) monendum est, dum vnicum & rationis & facti veritatum constituiimus criterium, esse facti veritates ad rationem, ad vniuersales, quae ratione cognoscuntur, propositiones referendas, ex qua comparatione haec determinatio alterins, per primum extrellum elucefcit. In omnibus, quae propria cognoscuntur experientia, supponitur, vera esse,

quae

p) In c. p. 473, des verites de fait ne peuvent etre verifices, que par leur confrontation avec les verites de maison, & par leur reduction aux perceptions immediates, qui sont en nous.

quae experimur, obiecta, sensusque nostros nos minime fallere. Ex supponenda alia, de qua dubitare nemo fauus audebit, nos *nimirum existere*, earum veritas cognoscitur & ita omnes illae facti veritates, quae propria nesciuntur experientia, certo demum cognoscuntur, si relatae sunt ad alias vniuersales, quae rationis sunt propositiones. Quo breuissimis autem mentem nostram explicemus, veritates facti, quae propria cognoscuntur experientia, ad omnes illas regulas, antequam cognoscens de iis apodicticam habere potest certitudinem, reducendae sunt, quae in obseruando aequae ac in experimentando numquam migrari debent. Vna migrata in propositione, quae, vii putatur, constat per experientiam, omnis experientia putatur modo ea, non est; hinc & vera ei superstrueta proposicio putatur modo vera, non est. At vero omnibus hic factis, quae fieri debent in acquirenda per experientiam cognitione, & visis omnibus, quae observari debent, obseruata esse hac via ad eandem nulla formidine opposiri adhuc coniunctam certitudinem adspirare licet, ad quam ire solet rationis ope cognitionem sibi acquirens. Si etenim in illis rectissime obseruatis vel arte obseruatis quis dubitationem alere veller, dubitatio omnis demum recurreret ad rationis veritatem, quam non audet in dubium reuocare.

§. XVIII.

Eadem ratione, si modo paulo alter reductio instituitur, ad veritates rationis, iudicandum est de iis, quae aliorum experientia nesciuntur. Est ita: videtur primo intuitu, longe alter praedicationi determinari posse per subiectum ac enunciatur, videtur propterea, scilicet in his positum a nobis non sufficiens esse criterium. Sed enim haec vera propter aliorum experientiam ergo propter testimoniorum habentur, & si hi alii recte experti sunt, si recte de iis, quae experientia sciunt, testari volunt, vera esse debent. Omnis certudo de historicis huic inaudite modo potest & debet: *qui vera testari potest & decernit*, certe vera testatur. Duo itaque requiruntur ad completam certitudinem, quae ex testimonio queritur, & qui caler, duo haec ad historiacam veritatem requiri in casu obviu locum habere, ille de ea complete certus esse debet. Sunt haec

D 2

1) dex.

1) dexteritas testis. Non est, quod hic testes in oculatos & auritos dispescamus, horum testimonium, si quid probare debet, semper ad illorum enunciationem referendum est. Rumori sine capite omnem fidem superstrueret, qui aliquid eum verum adsumere veller, quantumvis vel nullum haberet, qui oculatus fuisse testis, eti plures auritos. Foret enim ita semper dubitandi ratio, utrum quis unquam fuerit, qui rem, de qua tot insufficientia adfunt testimonia, recte expertus fuerit. Praecipitur itaque per hoc requisitum, ut testis legitimate obseruauerit, expertus fuerit, & factis bene, quod expertus est, & ita, ut cognovit, aliis indicaverit. Quae experimur enim vera sunt.

2) Sincerus est testis, cui certo credere debemus. Si etenim & quis optime expertus fuerit, non tamen, ut expertus est rem, proponere vult, nullius est eius testimonium. Si itaque scire possumus, decreuisse testem ea modo dicere, quae expertus est, noluit fallere alios, si scimus simul, satis idoneum fuisse testem ad recte experiundam, non poruit falli. Qui non potest falli, qui non vult fallere, eius testimonia sunt vera. In diudicanda ideo historica propositione, est primo intuitu videatur, longe aliud ex subiecti notione posse determinari praedicatum, ac illud, quod enunciatur, falsissimum est, si & subiectum & praedicatum propositionis ad testes ferrur. In se enim praedicatum possibile, in relatione ad testes, qui sufficientes cognoscuntur, impossibile est. Nos autem, dum veram putamus propositionem, ad hanc retulimus & absolutam & (ita loquuntur in cunctis circumstantiis) hypotheticam possibilitem determinationis praedicati. Quo utramque exemplo, in se cogitari potest. *Sicutum fuisse primum Israëlitarum regem, oppositum autem acque bene cogitari potest, sed, si prima enunciatione ad testimonia referatur, & in hac relatione semper possibile est praedicatum, impossibile vero in altera falsa propositione, quia testes desiciunt.*

§. XIX.

Reddi ex huiusque agitari potest ratio optime, cur toties nos non possimus obtinere certitudinem. Tunc etenim demum certus quis evadit, quando videt, cum ea ad veritatem requisita deprehendi, seu praedicatum ex notione subiecti determinari. Multa ve-

ro saepius ad veritatem dantur requisita: forean plura, fortean vnicum modo nesciri cognoscens, & certitudo est impossibilis. In se determinari posse praedicatum ex subiecto, forte quoque in aliis nexibus, optime videre potest, non vero in omnibus; hinc nescit praedicati per subiectum determinabilitatem, & ita dum non criterium veritatis ibi videre potest, nondum potest propositionem ut veram habere. Non id modo valet de historicis, valet de tot ratione nostra formatiis propositionibus, ut, quo maiores quis in scientiis facit progressus, eo melius videat, quot & quanta requirantur ad certitudinem. Hinc prodire solet saepius in magni iudicii viris ipso adeo decens dubitatio. Quia non habent omnia veritatis vel falsitatis eiusdem requisita perspecta, nec veram, nec falsam eandem profiteri conantur. Fluit inde quoque, dubitationem saepius meliorem esse debere positione vel negatione, si quid falso vel ponitur vel negatur. Dubitans etenim per ipsam dubitationem declarat, ipsi rationes ponendi tollendique esse, sed nondum sufficientes, ponens vel tollens, dum falso iudicat, iudicat sine completa ratione. Hic id nescit, ille scit, hic itaque dupliciter ignorat, ille modo simpliciter. Nolumus malorum cuncta vel tangere modo, quae inde oriri solent, si vbius quis decisionis spiritum agit. Sat acutae eius ineptias ISAACVS WATTSIVS ostendit, ad quem lectorem mittimus q).

§. XX.

Quoniam itaque tories non satis perspecta sunt criteria veritatis & falsitatis multorumque ratio reddenda sit, quamvis earum nulla ita sit comparata, ut reddens inde completam habeat certitudinem, ad hypotheses recte eruditioni litans recurrere solet. Vocantur eiusmodi hypotheses, unde aliorum ratio reddi possuntur subsidiariae veritates. Haec ergo ita modo vocantur in relatione ad intellectum cogitantem. Propositiones enim, unde alia explicari posse, videatur, vel verae sunt vel fallae, modo explicans nondum satis perspicit earum veritatem vel falsitatem. Possunt ergo subsidiariae veritates verae esse propositiones; possunt au-

D 3 tem

q) vid. eius Culture de l'Esprit, traduit de l'anglois par Dan. de Superville,
Amstel. 1762. cap. I. §. 10. pag. 22. sq.

30 *Meditationes philosophicae de criteriis veritatum.*

tem & esse falsae. Si verae sunt, modo vtens iisdem nondum scit, utrum praedicatum eius ex notione subiecti determinetur, si falsae, nescit, tamen putat, forte determinari, salteria non contraria-ri subiecto. Ne iraque habentor hae subsidiariae veritates veritatum species, esse possunt falsae propositiones: has autem umquam veritatum speciem constitueret, foret sibi contradicere aper-te. Tamen vero & in scientiis suas habere debent hypotheses perfectiones; sunt itaque referendae ad illas vniuersales regulas, iuxta quas formandae sunt. Si ergo certo noscitur, iisdem esse conformes, bona, vere talis, perfecta potest vocari, sin minus falsa. Inde quoque cum vni aliquid queat esse certum, quod alteri non ita est, potest illi propositione esse certa, huic veritas subsidiaria. Adeo cum alicui propositionis falsitas certo constare possit, alteri minus; illi huius veritas subsidiaria nil minus, ac veritas adparere potest. Nos autem cum nobis tantummodo sumsimus, veritatis criterium generale aliquod euincere, de hisce subsidiariis veritatis nihil amplius adponere lubet. Id nostrum erat, vt euinceremus, ita esse intellectum hominis, vt possit certo satis vera, et si non cuncta ceu vera inveniri. Non omnes itaque ita sumtas veritates opiniones modo, & vt *BAYLIVS* loquitur, *putatiua* esse veritates nobis demonstrandum sumsimus.
Quodlibet bene egimus nobis honori ducimus, meliora linquentes doctiori legenti.

F I N I S.

Pag. 3. lin. 12. lege plures, alia viliora dabit L. typothetae,



NOBI-

NOBILISSIMO ATQUE DOCTISSIMO
AVCTORI RESPONDENTI

S. E. O.

IOANNES IOACHIMVS LANGE,

MATH. PROF. PVBL. ORDIN.

Omnies omnino iuuenes, qui rectam studiorum suorum rationem inueniunt, ante omnia de genituitate methodo in veritates inquirendi, ad certam carum cognitionem perueniendi atque de primis omnis cognitionis fundamentis sunt solliciti. Accedunt vero simul ad eas ex omni scientiarum ambitu disciplinas, quae proprius ad viuus cuiusque scopum faciunt; nec omitunt alia utilia, quae ipsis artingere licet. Dum haec scribo, curriculum academicum, quod hue usque emensus es cum summa diligentiae & probitatis laude, describo. Testes sunt ii ex Philosophorum & Theologorum Ordine doctores, quorum institutione vhus es. Testis sum ego assiduitatis TVAE in meis etiam praelectionibus adhibita. Testis publicus est specimen hoc academicum eiusque defensio publica. Indoles vero TVA sponsor est, te dignissimorum Virorum, TIBI arctissimo sanguinis vinculo coniunctorum, vestigio presso pede & in posterum sequiturum. Gratulor hinc splendidissimae TVAE Familiae, Patriae & TIBI ipsis ex animo faustissima quaeque precatus. Dabam in Regia Fridericiana, die XIX. Octobris MDCCLXII.

VIRO

V I R O
SVMME VENERABILI ATQVE DOCTISSIMO
M. THOMAE BALTHASAR ROLLO,
SERENISS. PRINCIPI NASSOICO - SARAEPONTANO
A CONCIONIBVS AVLICIS,
CONSISTORII MEMBRO ET SUPERINTENDENTI,
IO. CHRISTIAN. FOERSTER,
PHILOSOPH. PROF. PUBL.

S. P. D.

Honori mihi duco, quod has litteras, quam mentem Optimus
TVVS FILIVS mihi effecit, ad TE dare debeam. Nondum sci-
ueras, cum academicam parare scriptionem, documentum tem-
poris ita bene ab ipso collocati, & his litteris & FILII consilium
experiris & ipsum statim habes specimen. Vtar hac mihi iu-
cundissima opportunitate, TIBI, VIR VENERANDE, rationes red-
dendi studiorum, quibus ambo TVI FILII TVO amore dignissi-
mi, quos & ego amicos colo optimae mentis, in hac nostra aca-
demia laudatissimam impendunt operam.

Ille, qui altero annis maior, & adsiduitate & bona sua men-
te ita se commendauit iis cunetis, quorum institutione vsus est, vt
quilibet eum impensè amet tam litterarum colentem, qui non
delibera modo vult scientias, sed, vt aiunt, penitus haurire, quam
hominem, qui nihil esse eruditionem, bene didicit, nisi sit in-
fusata virtute comitata. Diuinarum rerum ambitum, quae so-
lent in academias doceri, quum ferè emenfus sit, ita nunc agere
incipit, vt priuato suo studio totius cognitionis suae, reddat sibi
met ipsi rationes, & vt eam in dies valtiorem & digniorem effi-
cia, iis, quae dedit meditatione ac lectione plura additurus.
In philosophicis, dum iam in Giessenfi academia feliciter his li-
tauit, tantos heic progressus fecit, vt ego, cuius institutionem &
conuersationem sibi elegit, saepius occasionem habuerim, gra-
tulandi ipsi & optimam mentem & non vulgarem & in hoc scien-
tiarum

tiarum genere eruditionem, quippe cum bene calleat, non id
Theologum modo decere, sed ad eius principalia & ipsi maxime
proficia esse referendum.

Felicissimae indolis & erectioris ingenii iuuenis alter charissi-
mus **TIBI FILIVS** est, vt, cum strenua diligentia in addiscenda
iustitia ad eius naturales dores accedat, tam bonam iam impe-
trauerit, & in dies magis perfectam impetrare curet scientiam,
vt satis certe praeuidere possim, vieturum **TIBI** esse multo ho-
nore & oblectamento.

Quod dissertationem attinet, id sibi elegit argumentum,
quod, dum saepius cum ipso amice confabulans, recentium & no-
stri quoque temporis scepticorum philosophiam confabularer,
bene videret; rem magni esse momenti & dignam, quo enoda-
tius tractaretur veritatis natura. Rogauit me conferibendae di-
spunctionis delineationem, quam ita postea amplificauit, vt o-
mnis ad ipsum pertineat scriptio. Pauca sunt vel demta a me
vel addita vel limata, vt propterea nullas mihi possum tribuere
partes. Dum ita vero foecundissimae indolis tractauit materiam,
vt vel nec quicquam voluerit transmigrare eiusmodi scriptio-
nis limites, id (quod tamen forte in his philosophicis breuiter tantum
docendis vitium non habebitur) accidit ipsi, quod soler illis, qui
breues esse volunt. Reete monuit **HORATIVS**, breues esse vo-
lentes obscuritatem facere alii, qui nesciunt tanta breuitate edis-
ferere cogitationes. Si vitium est, non tamen semper est in
philosophia.

Sed, vt scribendi finem faciam, gratulor **TIBI**, **VIR SVM-**
ME VENERABILIS de FILIIIS, quibus nemo charior **TIBI** esse
potest, gratulor & **TIBI** de hoc alterius documento dexteritatis
fuae. Deum T. O. M. rogo, velit **TE**, **VENERANDE SENEX** diu
adhuc seruare in emolumentum ecclesiae & torius **TVAE FAMI-**
LIAE praesidium. Videas adhuc in **FILIIS TVIS** Viros, qui de
ecclesia & de patria sua bene merentur. Id autem concedas mi-
hi benevolentiae **TVAE** specimen, **VIR SVMME VENERABILIS**,
quod cerre soles largiri **TVORVM FILIORVM** amicis, fauore **TVO**
me exernes, qui, eodem non penitus indignus esse, semper stu-
debo. Vale. Scripti Halae d. XVII. Octobris, Anno R. S.
MDCCCLXII.

E

Monsieur

Monsieur & très cher frere,

Vous allez maintenant etaler le tresor de vos études, ce que vous allez faire par un combat savant, dont vous remporterez sûrement la gloire; vous vouliez bien m'en prendre temoin en me donnant une place parmi vos adversaires. De plus vous êtes mon frere. Que faut il plus de paroles pour remoigner l'excès de ma joye? Tout s'entend, que je ne fairois même vous en dire. Je suis éternellement

Monsieur & très cher frere,

à Halle, le 22 Octobre
1762.

Votre très humble serviteur & frere

Pollyx Jean Fredric Rolle,

Etudiant en Droit.

Monsieur & très cher Ami,

Comme il vous a plu, de me choisir pour Votre adversaire, dont je vous suis infiniment obligé, je me flarie d'avoir cette occasion de vous remoigner publiquement, qu'il n'y a rien au monde que je souhaite avec plus d'ardeur que d'erre un jour assez heureux pour vous temoigner en effet, que je suis plus, que personne.

Monsieur & très cher Ami,

à Halle, le 22 Octobre
1762.

Votre très humble serviteur

Jean Conrad Handel,

Etudiant en Théologie.



ULB Halle
002 187 574

3



56





6
1862
18

MEDITATIONES PHILOSOPHICAE
DE
CRITERIIS VERITATVM.

QVAS
PRAESENTE
VIRO EXCELLENTISSIMO AMPLISSIMO
ATQUE DOCTISSIMO
IOANNE CHRISTIANO FOERSTER
PHILOSOPH. PROF. PVBL.
FAVTORE AC PRAECEPTORE SVO
OMNI HONORIS PIETATISQUE CVLTIV.
AETERNUM DEVENERANDO
IN REGIA FRIDERICIANA
DIE OCTOB. CLXXXIII.
H. L. Q. C.
PVBLICO ERVITORVM EXAMINI SVBMITTET
AVCTOR
CAROLVS IOANNES REINHARDVS ROLLE
NASSOICO-SARAEPONTANVS
S. S. TH. CVLTOR.



HALAE MAGDEBURGICAE,
LITTERIS HENDELIANIS.